nas. veniant in temporibus statutis. et cum his
seniores per civitatem et civitatem. et iudices
eius donec avertatur ira dei nostri super hoc a nobis super
verbo hoc. Igitur Ionathan filius Asahel. et
Iaazia filius Thecue. steterunt super hoc. et Me
sollam. et Sebethai levites adiuverunt eos. Fe
ceruntque sic filii transmigrationis. Et abierunt
Ezra sacerdos et viri principes familiarum in
domos patrum suorum. et omnes per nomina sua. Et sede
runt in die primo mensis X. ut quaererent rem. Et
consummati sunt omnes viri qui duxerant uxores a
lienigenas. usque ad diem primam mensis primi. Et
inventi sunt de filiis sacerdotum qui duxerant uxo
res alienigenas. de filiis Iosue filii Iosedech
et fratres eius Maasia. et Eliezer. et Iarib. et Godolia.
X Et dederunt manus suas ut eicerent uxores suas
et pro delicto suo arietem de ovibus offerrent. Et
de filiis Emmer. Anani. et Zebedia. et de fili
is Erim Maasia. et Helia. et Semeia. et Iehihel. et
Ozias. et de filiis Phessur. Helioenai. Maasia.
Ismahel. Nathanahel. et Iozabeth. et Elesa.
Et de filiis Levitarum Iozabeth et Semei. et Cele
ia. ipse est Calita. Phataia. Iuda. et Eliezer. Et
de cantoribus Heliasib. et de ianitoribus Sellum.
et Telem. et Uri. Et ex Israhel de filiis Pharos.
Remeia. et Iezia. et Melchia. et Miamin. et
Eliezer. et Melchia. et Banea. Et de filiis Elam
Mathania. Zaccharias. Iehihel. et Abdi. et Hieri
moth. et Helia. Et de filiis Zethua. Helio
enai. et Eliasib. Mathania. et Ierimuth. et Zabed
et Aziza. Et de filiis Bebai Iohannan. Anania.
Zabbai. Athalai. Et de filiis Bani. Mosollam
et Melluch. et Adaia. Iasub. et Saal. et Ramoth.
Et de filiis Phethmoab. Edna. et Chalal. Ba
naias. Maasias. Mathanias. Beseleel. et Ben
nui. et Manasse. Et de filiis Erem. Eliezer.
Iesue. Melchias. Semeias. Symeon. Benia
min. Moloch. Samarias. De filiis Asom. Ma
thanai. Matheth. Zabed. Eliphelet. Ier
mai. Manasse. Semei. De filiis Bani. Ma
addi. Amram. et Huel. Baneas. et Badaias. et
Ceilian. Bannia. et Marimuth. et Eliasib.
Mathanias. Mathanai. et Iasi. Sirui. et
Bani. et Bennui. Semei. et Salmias. et Nathan.
et Adaias. Mechnedebai. Sisai. Sarai. Ez
rel. et Selemiau. Semeria. Sellum. Ama
ria. Ioseph. De filiis Nebinabel. Mathi
thias. Zabeth. Zabina. Ieddu. et Iohel.
Banaia. Omnes hi acceperunt uxores alie
nigenas. et fuerunt ex his mulieres
que pepererunt pueros.

Verba Neemie filii
Helchie.
Et factum est

I in mense chasleu anno vicesimo
et ego eram in susis castro.
et venit Anani unus de fratribus
meis. ipse et viri Iuda. et inter
rogavi eos de iudeis qui re
manserant et supererant de
captivitate et de Ierusalem. Et di
xerunt mihi. Qui remanserunt et relicti sunt de cap
tivitate ibi in provincia in afflictione magna sunt
et in obprobrio. et murus Ierusalem dissipatus est. et
porte eius combuste sunt igni. Cum audissem
verba huiuscemodi sedi. et flevi. et luxi diebus mul
tis. et ieiunabam. et orabam ante faciem dei ce
li. et dixi. Queso domine deus celi. fortis. magne
atque terribilis. qui custodis pactum et misericordiam cum
his qui te diligunt. et custodiunt mandata
tua. fiant aures tue auscultantes. et oculi tui
aperti. ut audias orationem servi tui. quam ego
oro coram te hodie nocte et die pro filiis Israhel
servis tuis. Et confiteor pro peccatis filiorum Israhel quibus
peccaverunt tibi. Et ego et domus patris mei peccavimus.
vanitate seducti sumus. et non custodivimus man
datum tuum. et cerimonias et iudicia que precepisti
Moysi servo tuo. Memento verbi quod mandasti
Moysi famulo tuo dicens. Cum transgressi
fueritis. ego dispergam vos in populos. et si reverta
mini ad me. et custodiatis mandata mea. et fa
ciatis ea. etiam si abducti fueritis ad extrema
celi. inde congregabo vos. et adducam in locum quem
elegi. ut habitaret nomen meum ibi. Et ipsi servi tui
et populus tuus quos redemisti in fortitudine tu
a magna. et in manu valida. Obsecro domine
sit auris tua attendens ad orationem servi tui. et
ad orationem servorum tuorum qui volunt timere no
men tuum. et dirige servum tuum hodie. et da ei misericordiam
ante virum hunc. Ego enim eram pincerna
regis.

Factum est autem in mense nisan. anno vicesimo Ar II
taxersis regis. et vinum erat ante eum. et
levavi vinum. et dedi regi. et eram quasi languidus
ante faciem eius. Dixitque mihi rex. Quare vultus tuus
tristis est. cum te egrotum non videam? Non
est hoc frustra. sed malum nescio quod in corde tuo
est. Et timui valde ac nimis. et dixi regi. Rex
in eternum vive. Quare non mereat vultus meus.
quia civitas domus sepulchrorum patris mei
deserta est. et porte eius combuste sunt igni. Et a
it mihi rex. Pro qua re postulas? Et oravi
deum celi. et dixi ad regem. Si videtur regi bonum
et si placet servus tuus ante faciem tuam. ut mit
tas me in Iudeam ad civitatem sepulchri patris
mei. et edificabo eam. Dixitque mihi rex et regi
na que sedebat iuxta eum. Usque ad quod tempus erit
iter tuum. et quando reverteris. Et placuit ante vultum

regis. et misit me. Et constitui ei tempus. et dixi regi.
Si regi bonum videtur, epistolas det mihi ad duces regionis
trans flumen, ut transducant me donec veniam
in iudeam. et epistolam ad asaph custodem saltus regis
ut det mihi ligna quibus tegere possim portas tur-
ris domus. et muros civitatis. et domum quam in-
gressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manum dei mei
bonam mecum. Et veni ad duces regionis
trans flumen. dedique eis epistolas regis. miserat autem
mecum rex principes militum et equites. Et audi-
erunt sanaballath oronites. et tobias servus
ammanites. et contristati sunt afflictione magna quod ve-
nisset homo qui quereret prosperitatem filiorum israel.
Et veni ierusalem. et eram ibi tribus diebus. Et
surrexi nocte ego et viri pauci mecum. et non in-
dicavi cuiquam quid deus dedisset in corde meo
ut facerem in ierusalem. Et iumentum non erat mecum.
nisi animal cui ego sedebam. Et egressus sum per
portam vallis nocte. et ante fontem draconis. et
ad portam stercoris. Et considerabam murum ierusalem
dissipatum. et portas eius consumptas igni. Et trans-
ivi ad portam fontis. et ad aque ductum regis. et
non erat locus iumento cui sedebam ut transiret.
Et ascendi per torrentem nocte. et considerabam mu-
rum. et reversus veni ad portam vallis. et redii.
Magistratus autem nesciebant quo abissem. aut
quid ego facerem. Sed et iudeis et sacerdotibus
et optimatibus ac magistratibus et reliquis qui
faciebant opus. usque ad id locorum nihil indica-
veram. Et dixi eis. Vos nostis afflictionem in
qua sumus. quia ierusalem deserta est. et porte eius
consumpte igni sunt. venite edificemus muros
ierusalem. et non simus ultra obprobrium. Et indicavi
eis manum dei mei quod esset bona mecum. et verba
regis que locutus esset mihi. Et aio. Surgamus
et edificemus. Et confortate sunt manus eorum
in bono. Audierunt autem sanaballath oro-
nites. et tobias servus ammanites. et gosem
arabs. et subsannaverunt nos. et despexerunt.
dixeruntque. Que est hec res quam facitis. Num-
quid contra regem vos rebellatis. Et reddidi
eis sermonem. dixique ad eos. Deus celi ipse nos iu-
vat. et nos servi eius sumus. surgamus et edifice-
mus. vobis autem non est pars et iustitia et me-
moria in ierusalem.

III
Et surrexit eliasib sacerdos magnus. et
fratres eius sacerdotes. et edificaverunt por-
tam gregis. ipsi sanctificaverunt eam. et statuerunt
valvas eius. et usque ad turrem centum cubitorum sancti-
ficaverunt eam usque ad turrem ananehel. Et iu-
xta eum edificaverunt viri iericho. et iuxta eum
edificavit viri iericho. et iuxta eum edifi-
cavit zacur filius amri. Portam autem pis-
cium edificaverunt filii asnaa. ipsi texerunt
eam. et statuerunt valvas eius. et seras et vectes.
Et iuxta eos edificavit marimuth filius
urie filii accus. Et iuxta eum edificavit
mosollam filius barachie filii mesezebel.
Et iuxta eum edificavit sadoch filius
baana. et iuxta eum edificaverunt thecueni.
Optimates autem eorum non supposuerunt colla
sua in opere domini sui. Et portam veterem edifica-
verunt ioiada filius phasea. et mosollam filius
besodia. ipsi texerunt eam. et statuerunt
valvas eius et seras et vectes. Et iuxta eos edificaverunt me-
lettias gabaonites. et iadon meronatites
viri de gabaon et maspha pro duce qui erat
in regione trans flumen. Et iuxta eum edifi-
cavit eziel filius araia aurifex. Et iuxta eum
edificavit ananias filius pigmentarii. Et di-
miserunt ierusalem usque ad murum platee la-
tioris. Et iuxta eum edificavit raphaia filius
hur. princeps vici ierusalem. Et iuxta eum edi-
ficavit ieiada filius aromaph contra domum suam.
Et iuxta eum edificavit accus filius asebonie.
Mediam partem vici edificavit melchias fi-
lius herem. et asub filius phaeth moab. et
turrem furnorum. Et iuxta eos edificavit sellum
filius allores princeps medie partis vici ierusalem
ipse et filie eius. Et portam vallis edificavit ha-
nun et habitatores zanoe. ipsi edificaverunt
eam et statuerunt valvas eius et seras. et vectes.
et mille cubitos in muro usque ad portam ster-
quilinii. edificavit melchias filius rechab
princeps vici bethacarem. ipse edificavit eam
et statuit valvas eius et seras. et vectes. Et por-
tam fontis edificavit sellum filius colozai
princeps pagi maspha. ipse edificavit eam
et texit. et statuit valvas eius et seras. et vectes
et muros piscine siloe in ortum regis. et usque
ad gradus qui descendunt de civitate david. Post
eum edificavit neemias filius azboc prin-
ceps dimidie partis vici bethsur usque contra sepul-
chrum david. et usque ad piscinam que grandi ope-
re constructa est. et usque ad domum fortium. Post eum
edificaverunt levite. reum filius benni. Post
eum edificavit asebias princeps dimidie
partis vici ceile in vico suo. Post eum edifi-
caverunt fratres eorum. bavai filius enadad princeps
dimidie partis ceile. Et edificavit iuxta eum
azer filius iosue princeps maspha. mensuram
secundam contra ascensum firmissimum anguli. Post
eum in monte edificavit baruch filius zachai
mensuram secundam ab angulo usque ad portam
domus eliasib sacerdotis magni. Post eum edi-
ficavit meremuth filius urie filii accus
mensuram secundam a porta domus eliasib donec ex-
tenderetur domus eliasib. Et post eum edificavit
azarias filius maasie filii ananie contra domum
suam. Post eum edificavit bennui filius
enadad mensuram secundam a domo azarie usque
ad flexuram et usque ad angulum. Phalel filius
ozi contra flexuram et turrem que eminet de do-
mo regis excelsa. id est in atrio carceris. Post eum

Phadaia filius Pharos. Nathinnei autem habitabant in Ophel usque contra portam aquarum ad orientem et turrem que prominebat. Post eum edificaverunt Thecueni mensuram secundam e regione, a turre magna et eminenti usque ad murum templi. Sursum autem a porta equorum edificaverunt sacerdotes, unusquisque contra domum suam. Post eos edificavit Sadoc filius Emmer contra domum suam. Et post eum edificavit Semeia filius Secenie, custos porte orientalis. Post eum edificavit Anania filius Selemie, et Anon filius Seleph sextus, mensuram secundam. Post eum edificavit Mosollam filius Barachie, contra gazophilacium suum. Post eum edificavit Melchias filius aurificis usque ad domum Nathinneorum, et scruta vendentium contra portam iudicialem, et usque ad cenaculum anguli. Et inter cenaculum anguli ad portam gregis edificaverunt artifices et negotiatores.

IIII Factum est autem cum audisset Sanaballat quod edificaremus murum, iratus est valde, et motus nimis subsannavit Iudeos. Et dixit coram fratribus suis et frequentia Samaritanorum: Quid Iudei faciunt imbecilles? Num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt et complebunt in una die? Numquid edificare poterunt lapides de acervis pulveris, qui combusti sunt? Sed et Tobias Ammanites proximus eius ait: Edificent; si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum. Audi, Deus noster, quia facti sumus despectui: converte obprobrium super caput eorum, et da eos in despectionem in terra captivitatis. Ne operias iniquitatem eorum, et peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriserunt edificantes. Itaque edificavimus murum, et coniunximus totum usque ad partem dimidiam: et provocatum est cor populi ad operandum. Factum est autem cum audisset Sanaballat et Tobias et Arabes et Ammanite et Azotii quod obducta esset cicatrix muri Ierusalem, et quod cepissent interrupta concludi, irati sunt nimis. Et congregati sunt omnes pariter ut venirent et pugnarent contra Ierusalem, et molirentur insidias. Et oravimus Deum nostrum, et posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos. Dixit autem Iudas: Debilitata est fortitudo portantis, et humus nimia est, et nos non poterimus edificare murum. Et dixerunt hostes nostri: Nesciant et ignorent donec veniamus in medio eorum et interficiamus eos et cessare faciamus opus. Factum est autem venientibus Iudeis qui habitabant iuxta eos, et dicentibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos, statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis et lanceis et arcubus. Et perspexi atque surrexi, et aio ad optimates et magistratus et ad reliquam partem vulgi: Nolite timere a facie eorum. Domini magni et terribilis mementote, et pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris et filiabus vestris, et uxoribus vestris et domibus vestris. Factum est autem cum audissent inimici nostri nuntiatum esse nobis, dissipavit Deus consilium eorum. Et reversi sumus omnes ad muros, unusquisque ad opus suum. Et factum est a die illa, media pars iuvenum eorum faciebant opus, et media parata erat ad bellum, et lancee et scuta et arcus et lorice, et principes post eos in omni domo Iuda edificantium in muro et portantium onera et imponentium: una manu sua faciebat opus, et altera tenebat gladium. Edificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes. Et edificabant, et clangebant buccina iuxta me. Et dixi ad optimates et ad magistratus et ad reliquam partem vulgi: Opus grande est et latum, et nos separati sumus in muro procul alter ab altero. In loco quocumque audieritis clangorem tube, illuc concurrite ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis. Et nos ipsi faciamus opus, et media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu aurore donec egrediantur astra. In tempore quoque illo dixi populo: Unusquisque cum puero suo maneat in medio Ierusalem, et sint nobis vices per noctem et diem ad operandum. Ego autem et fratres mei, et pueri mei, et custodes qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra; unusquisque tantum nudabatur ad baptismum.

V Et factus est clamor populi et uxorum eius magnus adversus fratres suos Iudeos. Et erant qui dicerent: Filii nostri et filie nostre multe sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, et comedamus et vivamus. Et erant qui dicerent: Agros nostros et vineas et domos nostras opponamus, et accipiamus frumentum in fame. Et alii dicebant: Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demusque agros nostros et vineas. Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostre sunt: et sicut filii eorum, ita et filii nostri. Ecce nos subiugamus filios nostros et filias nostras in servitutem, et de filiabus nostris sunt famule, nec habemus unde possint redimi: et agros nostros et vineas alii possident. Et iratus sum nimis cum audissem clamorem eorum secundum verba hec. Cogitavitque cor meum mecum, et increpui optimates et magistratus, et dixi eis: Usuras singuli a fratribus vestris exigitis? Et congregavi adversum eos contionem magnam, et dixi eis: Nos, ut scitis, redemimus fratres nostros Iudeos qui venditi fuerant gentibus secundum possibilitatem nostram: et vos igitur vendetis fratres vestros, et redimemus eos? Et siluerunt, nec invenerunt quid responderent. Dixique ad eos: Non est bona res quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis a gentibus inimicis nostris? Et ego et fratres mei et pueri mei commodavimus plurimis pecuniam et frumentum: non repetamus in commune istud, es alienum concedamus quod debetur nobis. Reddite eis hodie agros suos et vineas suas, et oliveta sua et domos suas; quin potius et centesimam pecunie, frumenti, vini et olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis. Et dixerunt: Reddemus

dimus. et ab eis nichil queremus. sicque faciemus ut loqueris.
Et vocavi sacerdotes. et adiuravi eos. ut facerent
iuxta quod dixeram. Insuper et sinum meum excussi et
dixi. Sic excutiat deus omnem virum qui non compleverit
verbum istud. de domo sua et laboribus suis. sic ex-
cutiatur et vacuus fiat. Et dixit universa multi-
tudo. amen. et laudaverunt dominum. Fecit ergo populus sicut
dictum erat. A die autem illa qua preceperat michi. ut essem
dux in terra iuda. ab anno. xx. usque ad annum. xxx.
secundum artaxersis regis per annos. xij. Ego
et fratres mei annonas que ducibus debebantur
non comedimus. Duces autem primi qui fuerant ante
me gravaverunt populum. et acceperunt ab eis in pa-
ne et vino. et pecunia cotidie siclos. xl. Sed et mi-
nistri eorum depresserunt populum. Ego autem non feci ita prop-
ter timorem dei. quin potius in opere muri edificavi.
et agrum non emi. Et omnes pueri mei congregati
ad opus erant. Iudei quoque et magistratus. c.
l. viri. et qui veniebant ad nos de gentibus que
in circuitu nostro sunt. in mensa mea erant. Para-
batur autem michi per dies singulos bos unus. arietes. vi.
electi. exceptis volatilibus. Et inter dies. x.
vina diversa. et alia multa tribuebam. insuper
et annonas ducatus mei non quesivi. Valde enim
erat attenuatus populus. Memento mei deus meus in
bonum secundum omnia que feci populo huic.

VI Factum est autem cum audisset sanaballath
et tobias et gosem arabs. et ceteri inimici
nostri. quod edificassem ego murum. et non esset in
ipso residua interruptio. usque ad tempus autem il-
lud valvas non posueram in portis. miserunt
sanaballath et gosem ad me dicentes. Ve-
ni et percutiamus pariter fedus in viculis in campo o-
no. Ipsi autem cogitabant ut facerent michi ma-
lum. Misi ergo ad eos nuntios dicens. Opus grande
ego facio. et non possum descendere. ne forte
negligatur cum venero et descendero ad vos.
Miserunt autem ad me secundum verbum hoc per. iiii. vi-
ces. et respondi eis iuxta sermonem priorem. Et misit
ad me sanaballath iuxta verbum prius. v. vi-
ce puerum suum. et epistolam habebat in manu scriptam
hoc modo. In gentibus auditum est. et gosem
dixit. quod tu et iudei cogitetis rebellare. et prop-
terea edifices murum. et levare te velis super eos
regem. propter quam causam et prophetas posueris
qui predicent de te in ierusalem dicentes. Rex in
iudea est. Auditurus est rex verba hec. idcirco nunc
veni. ut ineamus pariter consilium. Et misi ad eos
dicens. Non est factum secundum verba que tu loqueris.
De corde enim tuo tu componis hec. Omnes enim
hi terrebant nos. cogitantes quod cessarent ma-
nus nostre ab opere. et quiescerent. Quam ob
causam magis confortavi manus meas. Et ingres-
sus sum domum semaie filij dalaie filij me-
tabeel secreto. Qui ait. Tractemus nobiscum in do-
mo dei in medio templi. et claudamus portas e-
dis. quia venturi sunt ut interficiant te. et
nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi. Num
quisquam similis mei fugit. Et quis ut ego in-
gredietur templum et vivet. Non ingrediar. Et in-
tellexi quod deus non misisset illum. sed quasi vaticinans
locutus esset ad me. et tobias et sanaballath con-
duxissent eum. Acceperat enim pretium ut territus fa-
cerem. et peccarem. ut haberent malum quod exprobra-
rent michi. Memento mei domine pro tobia et sanabal-
lath iuxta opera eorum talia. Sed et noadie prophete et ce-
terorum prophetarum qui terrebant me. Completus est autem
murus. xxv. die mensis elul. l. duobus diebus.
Factum est autem cum audissent omnes inimici nostri. ut
timerent universe gentes que erant in circuitu
nostro. et conciderent intra semetipsos. et scirent quod
a deo factum esset opus hoc. Sed et in diebus illis multe e-
pistole principum iudeorum mittebantur ad tobiam.
et a tobia veniebant ad eos. Multi enim in iudea
erant habentes iuramentum eius. quia gener erat se-
chenie filij area. et iohanan filius eius acce-
perat filiam mosollam filij barachie. Sed et lau-
dabant eum coram me. et verba mea nuntiabant
ei. Et tobias mittebat epistolas ut terreret me.

VII Postquam autem edificatus est murus. et posui val-
vas. et recensui ianitores. et cantores. et le-
vitas. precepi anani fratri meo. et ananie prin-
cipi domus de ierusalem. ipse enim quasi vir vera-
x et timens deum plus ceteris videbatur. et dixi
eis. Non aperiantur porte ierusalem usque ad ca-
lorem solis. Cumque adhuc assisterent. clause por-
te sunt. et oppilate. et posui custodes de habita-
toribus ierusalem. singulos per vices suas. et unum-
quemque contra domum suam. Civitas autem erat
lata nimis et grandis. et populus parvus in medio
eius. et non erant domus edificate. Deus autem dedit
in corde meo. et congregavi optimates et magi-
stratus et vulgum ut recenserem eos. et inveni
librum census eorum qui ascenderant primum.
Et inventum est scriptum in eo. Isti filij pro-
vincie qui ascenderunt de captivitate migra-
torum quos transtulerat nabuchodonosor
rex babylonis. et reversi sunt in ierusalem et
in iudeam unusquisque in civitatem suam. Qui
venerunt cum zorobabel. iosue. neemias.
azarias. raamias. naamani. mardocheus.
belsan. mesphereth. beggai. naum. baa-
na. Numerus virorum populi israel. Filij pha-
ros. ij. milia. c. lxx. ij. filij saphatie.
ccc. lxx. ij. filij aree. dc. l. ij. filij pha-
thmoab. filiorum iosue et ioab. ij. mi-
lia octingenti. x. et octo. filij elam mille
dcc. l. iiij. filij zethua. dccc. quadraginta
v. filij zachai. dcc. sexaginta. filij ban-
nui. dc. xl. viij. filij bebai. dc. xx. viij.
filij azgad. duo milia. ccc. xx. ij. filij
adonicam. dc. lx. vij. filij bagguai-
im. duo milia. lx. vij. filij adin. dc. l.
v. filij ater filij ezechie. xc. viij. filij

asem. ccc. xx. octo. filii besai. ccc. xxiiii. filii
areph. c. xii. filii gabaon. xc. v. filii bethleem
et netupha. c. l. xxx. viii. viri anathoth. c.
xx. viii. viri bethazmoth. xlii. viri cariathia
rim. cephira. et beroth. septingenti. xliii.
viri rama. et geba. dc. xxi. viri machmas.
c. xxii. viri iduream. septingenti. xxiii.
viri bethel. et ai. centum. xxiii. viri nebo alteri
us. c. l. ii. viri helam alterius. m. cc. l. iiii. fi
lii arim. ccc. xx. filii iericho. ccc. xl. v. filii
lodadid. et ono. dcc. xxi. filii senaa. tria mi
lia. nongenti. xxx. Sacerdotes. filii idaia in
domo iosue. nongenti. lxx. iii. filii emmer
m. l. ii. filii phassur m. cc. xl. vii. filii arem
m. x. vii. Levite filii iosue. et cedmihel.
filiorum oduia. lxx. iiii. Cantores filii asaph. c.
xl. viii. Ianitores. filii sellum filii ater. filii
thelmon. filii accub. filii atita. filii sobai. c.
xxx. viii. Nathinnei. filii soa. filii asupha. fi
lii tebaoth. filii cheros. filii siaa. filii phado.
filii lebana. filii agaba. filii anan. filii geddel.
filii gaer. filii raaia. filii rasim. filii neco
da. filii gezem. filii aza. filii phasea. filii be
sai. filii mumim. filii nephussim. filii bebuc.
filii acupha. filii assur. filii besloth. filii me
ida. filii arsa. filii bercos. filii sisara. filii the
ma. filii nasia. filii atupha. filii servorum salo
monis. filii sothai. filii sophereth. filii pe
rida. filii iahala. filii dercon. filii geddel. filii
saphatia. filii athil. filii phochereth. qui erat
ortus sabaim. filio amon. Omnes nathin
nei. et filii servorum salomonis. ccc. nonagin
ta. duo. Hii sunt autem qui ascenderunt de the
mella. thelarsa. cherub. addon. et emmer.
et non potuerunt indicare patrum suorum. et semen
suum utrum ex israel essent. filii dalaia. filii
tobia. filii necoda. sescenti. xlii. Et de sa
cerdotibus. filii abia. filii accos. filii berze
llai. Qui accepit de filiabus berzellai. galaa
ditis uxorem. et vocatus est nomine eorum. Hii quesi
erunt scripturam suam in censu. et non
invenerunt. et eiecti sunt de sacerdotio. Dixitque a
thersatha eis. ut non manducarent de sanc
tis sanctorum. donec staret sacerdos doctus. et eruditus.
Omnis multitudo quasi unus. xlii. milia. dc.
sexaginta absque servis et ancillis eorum. qui erant
septem milia. ccc. xxx. septem. et inter eos can
tores et cantatrices. cc. xl. v. Asini sex mi
lia nongenti. xx. Cameli. cccc. xxxv. huc
usque refertur quod in commentario scriptum fuit.
Ex hinc neemia hystoria texitur. Et nonnulli
autem de principibus familiarum dederunt in opus. Ather
satha. dedit in thesaurum auri. dragmas
mille. fialas. l. tunicas sacerdotales. d. xx
x. Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum
operis. auri dragmas. xx. milia. et argenti mi
nas. duo milia. cc. Et quod dedit reliquus populus

auri dragmas. xx. milia. et argenti minas. duo
milia. et tunicas sacerdotales. sexaginta. vii. Habi
taverunt autem sacerdotes. et levite. et ianitores. et can
tores. et reliquum vulgus. et nathinnei. et omnis
israel in civitatibus suis.

Et venerat mensis. vii. scenofegie. sub. Ez VI
ra. neemia. filii autem israel erant in civitati
bus suis. Congregatusque est omnis populus. quasi vir
unus. ad plateam que est ante portam aquarum. et
dixerunt ezre scribe. ut afferret librum
legis moysi. quam preceperat dominus israeli. Attulit
autem ezras sacerdos legem coram multitudi
ne virorum. et mulierum. cunctisque qui poterant
intelligere in die prima mensis. vii. et legit in eo
aperte in platea que erat ante portam aqua
rum de mane usque ad mediam diem in conspectu vi
rorum et mulierum. et sapientium. et aures omnis populi
erant erecte ad librum. Stetit autem Ezras
scriba super gradum ligneum quem fecerat ad lo
quendum. et steterunt iuxta eum mathathias. et
sema. et anaias. et urias. et helcia. et maa
sia. ad dexteram eius. et ad sinistram. phadaia. misahel.
et melchia. et asum. et aseph dana. zachariam.
et mosollam. Et aperuit ezra librum coram
omni populo. super universum quippe populum emine
bat. Et cum aperuisset eum stetit omnis populus. Et
benedixit ezras dominum deum voce magna. Et respondit omnis
populus amen. amen. Elevantes manus. et incurvati sunt
et adoraverunt deum proni in terram. Porro iosue et
bani. et serebia. iamin. accub. septhai. odi
a. maasia. celita. azarias. iozabed. anan.
phalaia. levite silentium faciebant in populo. ad
audiendum legem. Populus autem stabat in
gradu suo. Et legerunt in libro legis
dei distincte. et aperte ad intelligendum. Et
intellexerunt cum legeretur. Dixit autem neemias
ipse est athersatha. et ezras sacerdos. scriba. et le
vite interpretantes universo populo. Dies sanctifica
tus est domino deo nostro. nolite lugere. et nolite fle
re. Flebat autem omnis populus cum audiret ver
ba legis. Et dixit eis. Ite et comedite pinguia
et bibite mulsum. et mittite partes eis qui non
preparaverunt sibi. quia sanctus dies domini est. et nolite contri
stari. Gaudium etenim domini est fortitudo nostra.
Levite autem silentium faciebant in omni populo
dicentes. Tacete quia dies sanctus est. et nolite lu
gere. Abiit itaque omnis populus ut comederet et bi
beret. et mitteret partes. et faceret letitiam magnam.
quia intellexerant verba que docuerat eos.
Et in die secundo congregati sunt principes familia
rum universi populi. sacerdotes. et levite. ad Ezram
scribam. ut interpretaretur eis verba legis. Et
invenerunt scriptum in lege precepisse dominum
in manu moysi. ut habitent filii israel in taber
naculis in die sollempni mense. vii. Et ut pre
dicent et divulgent vocem in universis urbi
bus suis. et in ierusalem dicentes. Egredimini in

montem et afferte frondes mirti et ramos pi-
lmarum et frondes ligni nemorosi ut fiant ta-
bernacula sicut scriptum est. Et egressus est populus
et attulerunt. Feceruntque sibi tabernacula unus-
quisque in domate suo et in atriis suis et in a-
triis domus dei et in platea porte aquarum et in pla-
tea porte ephraim. Fecit ergo universa ecclesia
eorum qui redierant de captivitate tabernacula
et habitaverunt in tabernaculis. Non enim fecerant
a diebus iosue filii nun taliter filii israel usque ad
diem illum. Et fuit leticia magna nimis. Legit
autem in libro legis dei per dies singulos a die pri-
mo usque ad diem novissimum. Et fecerunt sollemp-
nitatem .vii. diebus et in die octavo collectam
iuxta ritum.

IX In die autem xxiiii. mensis huius convenerunt filii is-
rael in ieiunio et in saccis et humus super eos.
Et separatum est semen filiorum israel ab omni filio
alienigena. Et steterunt et confitebantur peccata
sua et iniquitates patrum suorum. Et consurre-
xerunt ad standum et legerunt in volumine legis
domini dei sui quater in die et quater confitebantur
et adorabant dominum deum suum. Surrexit autem
super gradum levitarum iosue et bani. cedmihel. se-
bnia. bani. et sarebias. bani. Et clamaverunt
voce magna ad dominum deum suum. Et dixerunt
levite iosue et cedmihel. bonni. asebias. sere-
bias. arabia. odoia. sebna. fataia. Surgi-
te benedicite domino deo nostro ab eterno usque in eternum.
Et benedicant nomini glorie tue excelso in omni bene-
dictione et laude. Tu ipse domine solus tu fe-
cisti celum celorum et omnem exercitum eorum terram
et universa que in ea sunt maria et omnia que in eis sunt
et tu vivificas omnia hec et exercitus celi adorat
te. Tu ipse domine deus qui elegisti abram et e-
duxisti eum de igne chaldeorum et posuisti nomen
eius abraham. Et invenisti cor eius fidele coram te
et pepigisti cum eo fedus ut dares ei terram chana-
nei. ethei. amorrei et ferezei et iebusei et ger-
gesei. ut dares semini eius et implesti verba
tua quoniam iustus es. Et vidisti afflictionem pa-
trum nostrorum in egypto. clamoremque eorum audisti
super mare rubrum. Et dedisti signa atque portenta
in pharaone et in universis servis eius et in omni po-
pulo terre illius. Cognovisti enim quia superbe ege-
rant contra eos et fecisti tibi nomen sicut et hac die.
Et mare divisisti ante eos et transierunt per
medium maris in sicco. Persecutores autem eorum
proiecisti in profundum quasi lapidem in aquas validas
et in columpna ignis per noctem ut appareret eis
via per quam ingrediebantur. Ad montem quoque
synai descendisti et locutus es cum eis de ce-
lo et dedisti eis iudicia recta et legem veritatis
cerimonias et precepta bona. Et sabbatum sancti-
ficatum ostendisti eis et mandata et cerimonias
et legem precepisti eis in manu moysi servi tui.

de petra eduxisti eis sitientibus. Et dixisti eis ut in-
grederentur et possiderent terram, et aquam de petra edu-
xisti eis sitientibus, super quam levasti manum
tuam ut traderes eis. Ipsi vero et patres nostri superbe
egerunt et induraverunt cervices suas et non
audierunt mandata tua. Et noluerunt au-
dire et non sunt recordati mirabilium tuorum que
feceras eis. Et induraverunt cervices suas et de-
derunt caput ut reverterentur ad servitutem suam quasi
per contentionem. Tu autem deus propitius clemens et miseri-
cors longanimis et multe miserationis non
dereliquisti eos. Et quidem cum fecissent sibi vitulum
conflatilem et dixissent. Iste est deus tuus qui edu-
xit te de egypto. feceruntque blasphemias ma-
gnas. Tu autem in misericordiis tuis multis non
dimisisti eos in deserto. Columpna nubis non re-
cessit ab eis per diem ut duceret eos per viam et co-
lumpna ignis per noctem ut ostenderet eis iter per quod
ingrederentur. Et spiritum tuum bonum dedisti eis qui
doceret eos. Et manna tuum non prohibuisti ab
ore eorum et aquam dedisti eis in siti. Qua-
draginta annis pavisti eos in deserto nichilque
eis defuit. Vestimenta eorum non inveterave-
runt et pedes eorum non sunt attriti. Et dedisti eis reg-
na et populos et partitus es eis sortes et posse-
derunt terram seon et terram regis esebon
et terram og regis basan. Et filios eorum multi-
plicasti sicut stellas celi. Et adduxisti eos ad
terram de qua dixeras patribus eorum ut ingrede-
rentur et possiderent. Et venerunt et possederunt
terram. Et humiliasti coram eis habitatores ter-
re chananeos et dedisti eos in manu eorum et
reges eorum et populos terre ut facerent eis sicut
placebat illis. Ceperunt itaque urbes munitas
et humum pinguem et possederunt domos plenas
cunctis bonis. cisternas ab aliis fabricatas.
vineas et oliveta et ligna pomifera multa.
Et comederunt et saturati sunt et impinguati
sunt et habundaverunt deliciis in bonitate tua
magna. Provocaverunt autem te ad iracundiam
et recesserunt a te et proiecerunt legem tuam post terga
sua et prophetas tuos occiderunt qui contestabantur eos
ut reverterentur ad te. Feceruntque blasphemias
grandes. Et dedisti eos in manu hostium suorum
et afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis sue
clamaverunt ad te. Et tu de celo exaudisti eos
et secundum miserationes tuas multas dedisti eis salva-
tores qui salvarent eos de manu hostium suo-
rum. Cumque requievissent reversi sunt ut fa-
cerent malum in conspectu tuo. Et dereliquisti eos
in manu inimicorum suorum et possederunt eos.
Conversique sunt et clamaverunt ad te. Tu
autem de celo exaudisti et liberasti eos in misericor-
diis tuis multis temporibus. Et contestatus es eos
ut reverterentur ad legem tuam. Ipsi vero superbe
egerunt et non audierunt mandata tua.

de sacerdotibus: Idaia filius Ioarib, Iachin, Sara
ia filius Helchie, filius Mesollam, filius Sadoch
filius Meraioth, filius Achitob, princeps domus
dei. Et fratres eorum facientes opera templi: octingenti
xxii. Et Adaia filius Ieroam, filius Phelelia, filii
Amsi, filius Zacharie, filii Phessur, filius Mel
chie. Et fratres eius principes patrum: cc. xl. duo. Et
Amasai filius Ezrel, filius Aazi, filius Mo
sollamoth, filius Semer. Et fratres eorum potentes vi
ribus: c. xxviii. Et prepositus eorum Zabdiel filius po
tentium. Et de levitis Sebenia filius Asob, filii
Azaricam, filius Asabia, filii Boni. Et Sabathai
et Iozabed super omnia opera que erant forinsecus in domo
dei, a principibus levitarum. Et Mathania filius Mi
cha, filius Zebedei, filius Asaph princeps ad lau
dandum et ad confitendum in oratione. Et Becbecias secun
dus de fratribus eius, et Abda filius Samua, filii Idithun.
Omnes levite in civitate sancta cc. octoginta iiii. Et
ianitores Accub, Telmon, et fratres eorum qui custo
diebant ostia: c. octoginta ii. Et reliqui ex
Israel sacerdotes et levite in universis civitatibus Iu
da unusquisque in possessione sua. Et Nathinei qui
habitabant in Ophel, et Siaha et Gaspha de Nathinne
is. Et episcopus levitarum in Ierusalem Azi filius Ba
ni, filii Asabie, filius Mathanie, filius Miche.
De filiis Asaph cantores in ministerio domus dei.
Preceptum quippe regis super eos erat, et ordo
in cantoribus per dies singulos. Et Phathaia filius
Mesezebel, de filiis Zara filii Iuda in manu regis
iuxta omne verbum populi. Et in domibus per omnes regiones
eorum. De filiis Iuda habitaverunt in Cariatharbe
et in filiabus eius, et in Dibon et in filiabus eius, et in Capse
el et in viculis eius. Et in Iesue et in Molada et
in Bethfaleth, et in Asersual et in Bersabee et in
filiabus eius. Et in Remmon et Sara et in Ierimuth,
Zanoa, Odollam, et in villis earum, Lachis et in re
gionibus eius, Azecha et in filiabus eius. Et manserunt
in Bersabee usque ad vallem Ennom. Filii autem Benia
min a Geba, Mechmas et Aia et Bethel et fili
abus eius, Anathoth, Nob, Anania, Asor, Rama, Ie
thaim, Adid, Seboim, Neballath, et Ono valle
artificum. Et de levitis portiones Iude et Benia
min.

XII Hii autem sacerdotes et levite qui ascenderunt cum
Zorobabel filio Salathiel et Iosue: Saraia, Ie
remias, Ezra, Amaria, Melluch, Attus, Sebe
nia, Reum, Merimuth, Addo, Genthon, Abia,
Miamin, Madia, Belga, Semeia, et Ioiarib, Ida
ia. Isti principes sacerdotum et fratres eorum in diebus
Iosue. Porro levite Iesua, Bennui, Cedmihel,
Sarebia, Iuda, Mathanias super hymnos ipsi
et fratres eorum, unusquisque in officio suo. Iosue autem ge
nuit Ioachim, et Ioachim genuit Eliasib, et Eli
asib genuit Ioiada, et Ioiada genuit Ionathan, et Io
nathan genuit Ieddua. In diebus autem Ioachim
erant sacerdotes et principes familiarum: Sara

Iam, Amarie; Iohanna, Milico, Ionathan;
Sebenie, Ioseph; Aramedna, Maraioth, Elcai; Ad
daie, Zacharie; Genthon, Mosollam; Abie, Ze
chri; Miamin et Moadie, Felthi; Belge, Samu
a; Semeie, Ionathan; Ioiarib, Mathanai; Iad
daie, Azi; Sellai, Celai; Amoch, Eldaie; Asebi
e, Idaie, Nathanahel. Levite in diebus Eliasib
et Ioiada et Ionan et Ieddoa scripti principes
familiarum, et sacerdotes in regno Darii Perse.
Filii Levi principes familiarum scripti in libro ver
borum dierum, et usque ad dies Ionathan filii Eliasib.
Et principes levitarum Asebia, Serebia, et Iesue
filius Cedmihel, et fratres eorum per vices suas ut
laudarent et confiterentur iuxta preceptum David vi
ri dei, et observarent equaliter per ordinem. Mathania
et Bebecia, Obedia, Mosollam, Thelmon, Ac
cub, custodes portarum et vestibulorum ante portas.
Hii in diebus Ioachim filii Iosue filii Iose
dech, et in diebus Neemie ducis et Ezre sacer
dotis scribe. In dedicatione autem muri Ie XIII
rusalem requisierunt levitas de omnibus locis suis
ut adducerent eos in Ierusalem, et facerent dedi
cationem et letitiam in actione gratiarum et cantico
in cymbalis, psalteriis et cytharis. Congregati
sunt autem filii cantorum et de campestribus circa Ie
rusalem et de villis Nethuphati, et de domo Galgal
et de regionibus Geba et Azmaueth, quoniam villas
edificaverunt sibi cantores in circuitu Ierusalem. Et mun
dati sunt sacerdotes et levite, et mundaverunt popu
lum et portas et murum. Ascendere autem feci principes
Iuda super murum, et statui duos choros laudantium
magnos. Et ierunt ad dexteram super murum
ad portam Sterquilinii, et ivit post eos Osaias
et media pars principum Iuda, et Azarias, Ez
ra et Mosollam, Iuda et Beniamin et Semeia et
Ieremia. Et de filiis sacerdotum in tubis, Zachari
as filius Ionathan, filius Semeie, filii Ma
thanie, filius Michaie, filius Zecchur, filii
Asaph. Et fratres eius Semeia et Azarel, Malalai,
Galalai, Maai, Nathanahel et Iuda et Ana
ni in vasis cantici David viri dei, et Ezra scri
ba ante eos in porta Fontis. Et contra eos ascenderunt
in gradibus civitatis David in ascensu muri
super domum David, et usque ad portam Aquarum ad
orientem. Et chorus secundus gratias referentium ibat
e regione, et ego post eum. Et media pars populi
super murum, et super turrem Furnorum, et usque ad
murum latissimum, et super portam Ephraim,
et super portam Antiquam, et super portam Piscium, et
turrem Ananehel, et turrem Emath, et usque
ad portam Gregis, et steterunt in porta Custodie.
Steteruntque duo chori laudantium in domo
dei, et ego et dimidia pars magistratuum
mecum. Et sacerdotes Eliachim, Maasias,
Miamin, Michea, Elioenai, Zacharia, A
nania in tubis, et Maasia et Semeia et Ele

et ezer. Et clare cecinerunt cantores et iezra-
ia prepositus. Et immolauerunt in die illa uictimas
magnas et letati sunt. Deus enim letificauerat
eos letitia magna. Sed et uxores eorum et liberi gau-
uisi sunt et audita est letitia ierusalem procul. Recen-
suerunt quoque in die illa uiros super gazophi-
lacia thesauri ad libamina et ad primitias
et ad decimas, ut introferrent per eos principes
ciuitatis in decore gratiarum actionis sacerdotes et le-
uitas. quia letatus est iuda in sacerdotibus et leuitis
astantibus. Et custodierunt obseruationem dei sui et ob-
seruationem expiationis et cantores et ianitores
iuxta preceptum dauid et salomonis filii eius. quia in diebus
dauid et asaph ab exordio erant principes constitu-
ti cantorum in carmine laudantium et confiten-
tium deo. Et omnis israel in diebus zorobabel et in di-
ebus neemie dabant partes cantoribus et ianitoribus per
dies singulos et sanctificabant leuitas et leuite
sanctificabant filios aaron.

XIII
In die autem illo lectum est in uolumine mo-
ysi audiente populo et inuentum est scriptum in eo
quod non debeant introire ammonites et moabites
in ecclesiam dei usque in eternum. eo quod non occurrerint
filiis israel cum pane et aqua. et conduxerunt ad-
uersus eos balaam ad maledicendum eis et conuertit
deus noster maledictionem in benedictionem. Factum est
autem cum audissent legem separauerunt omnem a-
lienigenam ab israel. Et super hec erat eliasib sa-
cerdos qui fuerat positus in gazophilacio domus
dei nostri et proximus tobie. Fecit ergo sibi gazophi-
lacium grande et ibi erant ante eum repo-
nentes munera et thus et uasa et decimam
frumenti uini et olei partes leuitarum et canto-
rum et ianitorum et primitias sacerdotales. In
omnibus autem his non fui in ierusalem. quia in an-
no xxxii artaxersis regis babylonis ueni
ad regem et in fine dierum rogaui regem. et
ueni in ierusalem et intellexi malum quod fecerat
eliasib tobie ut faceret ei thesaurum in uesti-
bulis domus dei. et malum michi uisum est ualde.
et proieci uasa domus tobie foras de gazophilacio.
Precepique et emundauerunt gazophilacia.
et retuli ibi uasa domus dei sacrificium et thus.
Et cognoui quod partes leuitarum non fuissent
date et fugisset unusquisque in regionem suam
de leuitis et de cantoribus et de hiis qui ministra-
bant. Et egi causam aduersum magistratus et di-
xi. Quare dereliquimus domum dei. Et congregaui
eos et feci stare in stationibus suis. et omnis
iuda apportabat decimam frumenti et uini et
olei in horrea. Et constituimus super horrea se-
lemiam sacerdotem et sadoch scribam et pha-
daiam de leuitis et iuxta eos anan filium zacha-
chur filium mathanie. quoniam fideles comprobati
sunt et ipsis credite sunt partes fratrum suorum. Me-
mento mei deus meus pro hoc et ne deleas miserationes
meas quas feci in domo dei mei et in ceremo-

nias eius. In diebus illis uidi in iuda calcantes
torcularia in sabbato et portantes aceruos et one-
rantes super asinos uinum et uuas et ficus et omne
onus et inferentes in ierusalem in die sabbati. Et
contestatus sum ut in die qua uendere liceret uenderent.
Et tyrii habitauerunt in ea inferentes pisces
et omnia uenalia et uendebant in sabbatis filiis
iuda et in ierusalem. Et obiurgaui optimates iu-
da et dixi eis. Que est res hec mala quam uos facitis
et prophanatis diem sabbati. Numquid non hec fecerunt
patres nostri et adduxit deus noster super nos omne ma-
lum hoc et super ciuitatem istam. et uos additis iracun-
diam super israel uiolando sabbatum. Factum est autem cum
quieuissent ierusalem porte die sabbati, dixi. Et
clauserunt ianuas et precepi ut non aperirent
eas usque post sabbatum. Et de pueris meis constitui super
portas ut nullus inferret onus die sabbati.
Et manserunt negotiatores et uendentes
uniuersa uenalia foris ierusalem semel et bis. Et
contestatus sum eos et dixi eis. Quare manetis ex
aduerso muri. Si iterato hoc feceritis manum mittam
in uos. Itaque ex tempore illo non uenerunt in sabbato.
Dixi quoque leuitis ut mundarentur et ueni-
rent ad custodiendas portas et sanctificandum
diem sabbati. Et pro hoc ergo memento mei deus meus et parce
michi secundum multitudinem miserationum tuarum. Sed
et in diebus illis uidi iudeos ducentes uxores azo-
tidas, ammanitidas et moabitidas. Et filii eorum
ex media parte loquebantur azotice et nesciebant
loqui iudaice et loquebantur iuxta linguam
populi. Et obiurgaui eos et maledixi. Et cecidi
ex ipsis uiros et decaluaui eos et adiuraui in
deo ut non darent filias suas filiis eorum. et non
acciperent de filiabus eorum filiis suis et sibimet ipsis
dicens. Numquid non in huiuscemodi re peccauit
salomon rex israel. Et certe in gentibus multis non
erat rex similis ei. et dilectus deo suo erat. Et
posuit eum deus super omnem israel. Et ipsum ergo ad
peccatum duxerunt mulieres alienigene. Numquid
et nos inobedientes faciemus omne malum gran-
de hoc ut preuaricemur in deo nostro et ducamus u-
xores peregrinas. De filiis autem ioiada filii e-
liasib sacerdotis magni gener erat sana-
ballath oronite quem fugaui a me. Re-
cordare domine deus meus aduersus eos qui pollu-
unt sacerdotium iusque sacerdotale et leuiticum.
Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis
et constitui ordines sacerdotum et leuitarum unumquem-
que in ministerio suo et in oblatione lignorum in
temporibus constitutis et in primitiis. Memento mei deus meus
in bonum. Amen.

DE ORATIONE ET SACRIFICIO
PRO VITA NABUCHODONOSOR.

Incipit liber Baruch.